



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epitome Tribvnalis Sacramentalis Reverendissimi Patris Petri Marchantii

Zurmöllen, Heinrich

Neuhusii, 1677

Art. 1. De Advocatorum obligatione

urn:nbn:de:hbz:466:1-9734

TITVLVS DECIMVS.

De Advocatis.

Articulus Primus,

De Advocatorum Obligatione.

ADvocatus dicitur qui in forensibus negotiis proponendis & discutiendis parti suam præbet Patrocinium, verbo vel scripto, hujus præcipuæ qualitates & obligationes sunt sequentes. 1. *Ætas congrua*: non enim pueri ad Advocatorum officium admittendi. 2. *Doctrina probata*: ut nimirum jurisprudentiæ cum fructu studuerint, & gradum Licentiæ aut saltem sufficientem scientiam testimonio Doctorem Academia in qua studiis vacarunt adepti fuerint. 3. *Fidelitas*: ut nimirum justitiæ primo, demum clientibus in iis que causam concernunt, fidem & fidelitatem servent, utrique parti non inserviant, aut sui Clientis imbecillia argumenta adversæ parti non revelent, nihilque injustum aut iniquum etiam contra adversam partem moliantur. 4. *Diligentia*, ne ex negligentia &

Q

tia &

tia & defectu studii, tempestivæ & accuratæ responsiones & comparitiones desint, & ex similibus causis contingat, causam alias justam periclitari cum clientis damno. §. Prudentia ac vita bona cum experientia & praxi conjuncta. Supponendum etiam est juramentum Advocatorum, quo se obligant & jurant, diligenter & ex fide, hoc est fideliter, officium suum præstituros, item se cognita causa improba vel penitus desperata, scienter mala cōscientia liti non patrocinatorios, immo si causa procedente aliquid tale sibi cognitum fuerit à cause Patrocinio recessuros.

Articulus Secundus.

De Advocatis Pauperum.

I. **N**E causæ Pauperum & miserabilium personarum, ex defectu mediorum aut advocati & procuratoris perdantur, & exinde talium sequatur oppressio, tenentur Magistratus & Judices, pauperi & miserabili personæ, ubi similibus causæ agitantur, assignatis advocatis ac procuratoribus providere ne opprimantur. De his per